reuidentur sollicitus reddo; Non autem ut uulnus exaspero, sed eorum
inuoluebant
quos nondum aduersa tenebrarum conseruare cupio sanitatem; Non in
quem submergere studeo fluctuantem, sed eos moneo qui secundis na
uigant uelis, ne forte si non caueant submergantur; quin uero fieri
potest si permotiones non cogitentur rerum ut non cedatur in eas;
Nam qui in secundis aduersa prospiciunt. inopinatum nihil patiuntur in aduer
sis; sed quo hic neque ex ipso cogitare haec potuit neque ab aliis am
monitus corrigi uoluit; Uos saltem quibus a deo commissa est dispen
satio diuitiarum et potentiae temporalis discite uere cuncta
menti et correptionem alterius erudimini, nihil superbum sape
re, neque sperare in incerto diuitiarum, tam nihil sunt enim haec om
nia que uidetis; Et enim si ea fumum et umbram et fenum et flos fe
ni nominemus si somnium dixerimus, minus profecto quam se habet ue
incertiore
ritas ipsa dicimus; Nam cum eo quod incerta torum studio et breuis est
atque infida possessio, multum tamen secum periculi gerunt, et plurimum
fede
indigne et mortis aduectant; quis enim hoc celsior uidebatur, non ne or
bem supergressus est apice dignitatis; Nonne ipse etiam romani imperii
infulis terribilis fuit; nonne summa rerum potestas huic subiecta erat;
Nonne ad ingressum eius diadema regni tremuit, et imperii purpura ui
inclinate quassata est; Et ecce nunc infelix et prostratus iacet capti
uo miserabilior, seruo uilior, egenis abiectior, omnibus despectior; per
horas enim singulas imminere gladios ceruicibus suis et instare carnifices uidet;
Nec quia fuerit umquam ei uoluptas aliqua meminit in uita aut deli
tiarum ulla recordatio in memoriam eius uenit; sed quid dico uolup
tatis ac deliciarum recordatio, solis in celo nunc resplendentis, aut si sit in mun
do lux ipsa non sentit; sed die medio atra nox oculis eius incubuit et nihil
nisi tenebras uidet; sed quandiu haec non puto me posse ullo sermone
explicare que patitur; hesternus enim dies indicium fuit cum eum ad
uentum .... fuisset ex palatio et ad sacrarium confugisset, quam uultus eius
buxei coloris effectus, et nihilominus mortuo differens; tremor dentium

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0234